UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Domo Professa Romana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68440

Visual Library

SECTIO III.

De Domo Profeſſa Romana.

DOmus Profeſſa Romana, quæ prima in Societate erecta eſt, cum domicilio Præpoſiti Generalis cohoneſtetur; hoc etiam nomine peculiaria quædam ſtatuta habet.

1. P. Generalis eſt Præpoſitus particularis hujus Domus; habere tamen debet Miniſtrum, aliosque Officiales, quorum operâ utatur ad ejus gubernationem: in quos ſi totam curam non rejecerit; ſublevetur certè ab eis; & hujuſmodi curæ occupatione liberetur. *d* Poteſt etiam conſtituere in ea Vice-præpoſitum, cum ordinaria Præpoſitorum poteſtate, & conſuetis Officialibus. *e*

Ejus Superior.

d P. 9. c. 6. §. 5. & C. 2. D. 49. & 73.

e C. 4. D. 28.

2. Is habeat jus ſuffragii in Congregatione Provinciali, etiamſi non ſit Profeſſus quatuor Votorum; quamvis curandum ſit, ut hoc Gradu non careat. Idem tamen, ſive Miniſter, non ſit ex numero Aſſiſtentium. *f* Mortuo Generali intra Provinciam Romanam, abſque nominatione Vicarii; vel hoc extincto, ante novi Generalis electionem, & abſente Præſide totius Provinciæ, cùm Romæ celebranda eſt Vi-

Vice-præpoſiti jura.

f C. 4. D. 32.

g Form. Con. Vic. § 3. & C. 12. D. 54.

Vicarii electio, ſpectat ad Viceprępoſitum hujus Domus, ſi fuerit quatuor Votorum Profeſſus, præeſſe Congregationi ad eligendum Vicarium. g

Expenſæ Secretariæ.

3. Ad levandam Domum magno gravamine plurium Scriptorum in Secretaria, cum hos contributione Provinciarum alendos eſſe non videretur (nam ſpeciem præferret cujuſdam proventus) P. Generali commendatum eſt, ut aliam honeſtam rationem ineat eos ſuſtentandi. h

h C. 4. D. 18.

Proceſſio Corporis Christi.

4. Proceſſio Corporis Chriſti & Sacrum ſolemne diebus Feſtis præſcripta ſunt huic Domui à Greg. XIII. i

i C. 3. D. 35.

PARS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN